

sti, Digni, Datuli, Urbani, Martyri, Honorati, Evasi, Victurini, Salvatoris, Terturini, Victuriæ, Cæcilia-ni, Septimi, Rustici, Bessæ, Viciniani, Honorati, Lucaniae, Reductulæ, Victuriæ, Privatulæ, Cæci-liae, Saturnini, Phamoris, Felicis, Vincenti, Aresti, Musci, Siddini, Adjutoris. Romæ, Lucia martyris, et Auceiæ regis, simul et Antonini, Ereñei, Pa-reusæ, Apolliniæ, Apamia, Poeniciis, Cussevarionis, Papissei, Saturii, Satarii. Passio S. Afræ virginis, Victuris, Basilianni, Honorati, eum aliis viginti duobus martyribus.

xiv Kal. Jan. In Nicaea civitate Bithyniæ, Zosimi, Pauli, Secundi, Cyriaci. Et alibi, sanctorum Anastasii, et Siddini episcoporum, Chrysanthi, et Dariæ martyrum. Aut si dero, beati Gregorii papæ.

xiii Kal. Jan. In Thracia, civitate Gildoba, Julii, natalis Teclæ, et sancti Libertini, Zosimi.

xii Kal. Jan. In Mesopotamia, natalis, et translatio sancti Thomæ apostoli, qui translatus est ab

A India, cujus passio ibidem celebratur. In Heraclæa, sancti Passini. Romæ, depositio sancti Iunocenii, et passio sanctorum Focæ, Florii, Honorati episcopi et confessoris.

x Kal. Jan. In Antiochia, sancti Basilei, Scarpionis. Romæ, via Lavicana, inter duas lauros, natalis sanctorum triginta martyrum una die coronatorum. Et Ostia, natalis sanctorum Demetrii, Honorati. Et alibi, natalis sanctorum Felicis, Joannis. Romæ, via Salense, depositio sancti Felicis, et passio sanctæ Theodosie virginis, et Didymi monachi.

x Kal. Jan. Depositio sanctæ Victoriae, Romæ, sub Decio, quæ cum esset desparsata viro pagano, et rel.

B Cætera legi non potuerunt in ms. utpote a lineis corrosa; scilicet ab hac die ad viii kal. Jan., a qua incipit hocce Martyrologium.

ADMONITIO DE SUBSEQUENTE LIBRO.

Quantum est veterum elucubrationum, quæ Hieronymum auctorem aliquo sibi prætexu arrogant, nulla ferme hoc libello, qui Comes inscribitur, locum in his sibi dari, antiquiore titulo et jure quodam suo postulat. Meminit ejus de nomine *Chara omnipium antiquissima Donationis Ecclesie Cornutianæ, Lictm, inquiens, codices, Evangelia iv, Apostolum, Psalterium, et Comitem*: quæ cum anno scripta sit 471, manifesto indicio est, auctorem libri, quisquis ille fuerit, Hieronymianis temporibus advixisse. Fuisse porro ipsum Hieronymum, conceptis verbis asserunt magno numero sequioris ævi scriptores, quorum satis multa testimonia in prolegomenis ad Liturgias Pamelius laudat. Nempe vulgo recepta sententia illa erat, et siles, quam nemo in dubium revocaret: præconcepta enim opinione, quidquid erat librorum in Ecclesia magis utilium, et sacerdotum usibus accommodatius, ex S. Doctoris nostri calamo profectum, aut certe nobis ab eo curis recognitum atque adornatum omne credebatur. Accessit ad conciliandam operi auctoritatem momentum haud sane leve, Nuncupatoria, ut in Chisletiano antiquo ms. dicitur, *Hieronymi ad Constantium epistola, Præfatio libri, qui Comes appellatur*: ex ejusmodi enim prologis volebat S. ipse Pater sua ab alienis scripta internosci, ut ea pro germanis haberentur, quæ prologo non carerent. Quæ nos quidem argumenta nectanti facimus, neque eo animo replicamus, ut pro Hieronymiani fetus germanitate pugnare videamus: tantum constare hinc volumus, ejusmodi librum innumerito prætermisso fuisse hacenus, ac fecisse porro nos opera pretium, qui vernili reliquæ S. Patris familiæ accensimus. Accepimus itaque epistolam ad Constantium, qua ipsæ etiam Comitis editiones omnes carebant, ex Spicilegio B. Lucae Dacherii tomo XIII qui eam a Chisletio, ut dudum innuimus, acceptat. Librum autem ipsum, ut nihil dissimilemus, diu multumque incerti hæsimus, ex quo exemplari scriberemus: illud enim quod Hieronymianis temporibus obtinebat, alius subiude atque aliis interpolatiouibus auctum in alian puto fere molem et formam excrevit. Olim emendavit ex Caroli Magni præcepto Paulus diaconus Aquileiensis: tum Alchuius ejusdem imperatoris iussa: denique Theotinchus presbyter, et ius in bibliotheca ecclesiae Bellovacensi codex asservatur hoc titulo: *In Christi nomine anni circuli liber Comitis incipit, auctus a Theotinchῳ indigno presbytero, rogatu viri venerabilis Hechiardi comitis Ambianensis, ita tamen, ut sancta Evangelistarum dicta, necnon apostolorum, et prophetarum, immota, atque inconcussa servarentur.* Sunt adeo etiam in vulgaris libris tres ejusdem operis editiones parum inter se similes: quarum prima Pamelii est tomo secundo Liturgiarum, altera Baluzii in calce Capitularium regum Francorum, tertia in antiquis libris Missarum ven. card. Thomasii. Nobis quandoquidem vetus germanusque archetypus haud superest, editio Baluzii, quæ nimur ex Bellovacensi codice et Theotinchii recensione descripta est, visa est etiam utpote plenior, ita et cæteris præferenda.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis,

INCIPIT EPISTOLA S. HIERONYMI AD CONSTANTIUM.

PRÆFATIO LIBRI SEQUENTIS, QUI COMES APPÉLLATUR.

Quanquam licenter assumatur in opere congre-C quod duobus modis fieri arbitror, aut pro consue-gatio cœlestium lectionum, et ipsum opusculum ab tudine uniuscujusque Ecclesiae (secundum quod et ecclesiasticis viris, Comes quidem soleat appellari:

C quod duobus modis fieri arbitror, aut pro consue-tudine uniuscujusque Ecclesiae (secundum quod et varium hoc ipsum descriptionis genus esse digno-

scitur), aut certo pro voluntate studiosi lectoris, A qui (si fieri possit) quidquid in Scripturis divinis mirabiliter fulget, quidquid in præceptis moralibus copiosum est, totum parvo in corpore adunatum desiderat habere, paupertatis necessitate: ego tamen, juvante Christo, ingenio quo potui, et maxime occasione oblata, qua id a me fieri voluisti, Constanti mihi venerabilis frater, ita hoc opus etsi minus instructus assumpsi, ut tanta excerptorum intelligentia caput causamque rationabilem habere videatur. Nam cum omnis Scriptura divinitus inspirata, ut ait Apostolus (*II Tim. iii, 16*), *utilis sit ad docendum, ad erudiendam, ad justitiam*; ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instrutus, et quæcumque sunt hactenus scripta, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus: quid brevius, quid utilius censui, quam ut ex tanta divinorum librorum copia, singulis festivitatibus quod aptum ex his vel competens esset, excerpterem, et quodam modo distinctissime collocarem?

Incipiens itaque a Nativitate Christi, quod est viii kalendas Januarias, in Vigiliis ad Nonam per ordinem, quem assidue in Ecclesia didiceram, lectiones utriusque Testameati simplicibus ministravi. Porro editionem illam quam ex Hebraicis voluminibus in Latinum translatam esse constat, in hunc quippe modum, quæ vel cuiusque prophetæ lectio præsentis festivitati congruat, quid apostoli doceant, vel ad eundem titulum quid Evangelii annuntiet auctoritas, dudum vertente jam anno per omnes dies festos Ecclesia opportune censu omnia secundum tempus esse legenda. Sed nonnulla alia ædificationis causa multa illic aggregata sunt, atque suis appellationibus inserta, id est, in capite Quadragesimæ de abstinentia escarum et sobrietate; B item in Quadragesima de pœnitentia, de pudicitia, de remissione inimicitarum, vel alia multa. Hæc enim omnia ad multorum equidem utilitatem petitionibus tuis obediens scribere curavi, venerabilis mihi et amantissime frater.

INCIPIT

LIBER COMITIS,

SIVE

LECTIONARIUS PER CIRCULUM ANNI.

In Christi nomine. Anni circuit liber Comitis C incipit, auctus a Theotonio indigno presbytero, rogatu viri venerabilis Hechiardi comitis Ambianensis, ita tamen ut sancta evangelistarum dicta neenon et apostolorum ac prophetarum immota atque inconcussa servarentur, et diebus quibus deerant propriæ sanctæ lectiones adhiberentur, sicut a sanctis patribus sunt coadunata. Aut si alicui aut in feriis aut in festivitatibus sanctorum aliquid minus esse videtur, recurrat ad hebdomadam quam voluerit, et reperiet semper super octo aut unam aut duas aut eo amplius feriam, quam legere poterit, aut sibi nihil desit. (Propter frequens vero temporis incursum fuit in quibusdam epistolis apponere hoc ω , quod significat finem, et rursus a propter principium alterius epistolæ¹.

In vigilia natalis Domini viii Kal. Januar. ad sanctam Mariam de nona a sanctis Patribus. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, Paulus servus Christi Jesu, usque et vos vocati Jesu Christi Domini nostri.

Item ubi supra... Lectio Isaiae prophetæ. Hæc dicit Dominus, Propter Sion non tacebo, usque complacuit Deo in te.

Evangelium secundum Matthæum. In illo tempore, cum esset desponsata mater Jesu, Maria, usque salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

Item ad sanctam Mariam de nocte. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Titum. Charissimi, apparuit gratia Salvatoris nostri Dei, usque in Christo Jesu Domino nostro.

Item ubi supra. Lectio Isaiae prophetæ. Hæc dicit Dominus: Populus gentium, usque in sempiternum.

Evangelium secundum Lucam, cap. iii. Exiit edictum a Cæsare, usque pax hominibus bonæ voluntatis.

Item ad sanctam Anastasiam manu. Lectio Epistole beati Pauli apostoli ad Titum. Charissimi, apparuit benignitas et humanitas, usque in Christo Jesu Domino nostro.

Item ubi supra. Lectio Isaiae prophetæ. Hæc dicit Dominus. Spiritus Domini super me, usque redempti a Domino Deo.

Evangelium secundum Lucam cap. iii, Pastores loquebantur, usque dictum est ad illos.

Item ad sanctum Petrum in die. Lectio epistolæ

¹ Hæc addita sunt in margine a manu recentiore, sed antiqua.